



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**


Magistro Et Fratribvs Hospitalis quod Theutonicum appellatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

gat transitum facere nostros Nuntios & Legatos, quanto in eorum procura-tionibus faciendis pauciores existunt, tanto facientes amplius prægravantur; & quanto per plures onus esset procu-rationis divisum, tanto à facientibus fa-cilius portaretur. Qui siquidem ordina-rij, cùm pro eis & aliis vigilare jugiter non cessemus, & spiritualia, sicut Do-minus dederit, omnia ministrare, cur in hujusmodi speciali se jure satagant tueri, non videtur; præsertim cùm & Apostolus dicat, *Si vobis spiritualia se-minamus, non est magnum si carnalia ve-fra metamus*, & instantia nostra quoti-diana sit omnium Ecclesiarum sollicitu-do continua, sicut plenius norunt præ-sentes pariter & remoti. Volentes autem ut quod omnibus imminet, ab omni-bus comportetur, discretioni tuae per apostolica scripta præcipiendo manda-mus quatenus prædictis ordinariis ad tuam præsentiam convocatis, nisi per speciale privilegium apost. sedis à præ-standis prourationibus ostenderint se immunes, etiamsi longissimo tempore prourationis obsequium non impende-rint, cùm in talibus sibi præscriptio lo-cum nequeat vendicare, ipsos ad pro-rationis sarcinam ordine debito sub-eundam appellatione remota teneri de-cernas. Si quid etiam aliud dicti sindici contra præfatos ordinarios habuerint qüestioni, audias illud, & remoto ap-pell. obstatu justitia mediante decidas, faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Datum Lat. VII. Kal. Martij.

MAGISTRO ET FRATRIBVS  
Hospitalis quod Theutonicum  
appellatur.

Epist. 170.  
Ordinationem  
novam ab illis  
factam coofir-  
mant.  
**S**Acrostancta Romana Ecclesia &c. usque ad verbum suscipimus. Specia-liter autem ordinationem factam in Ec-clesia vestra juxta modum Templario-rum in Clericis & Militibus, & ad exem-plum Hospitaliorum in pauperibus & infirmis, sicut provide facta est, & à vo-bis recepta, & hactenus observata, de-votioni vestrae auctoritate apostolica confirmamus, & præsentis scripti pagi-na communimus. Nulli ergo &c. nostra protec-tionis & confirmationis &c. Da-tum Laterani XI. Kal. Martij.



\*PATAVIENSI EPISCOPO.

In Tetric Col-  
legit. PITA-

VIENSI

Epist. 571.

Vi prava judi-  
candi confue-  
tudo rescinda-  
tur.

Cap. 3. extra de-  
confusione.

**A**d nostram noveris audientiam pervenisse quod in tua diocepsi etiam in causis ecclesiasticis consuetudo minus rationabilis habeatur, quod cum aliqua causa tractatur ibidem, allegationibus & querelis utriusque partis au-ditis, à præsentibus, literatis & illiteratis, sapientibus & insipientibus, quid ju-ris sit, queritur; & quod illi dictaverint, vel aliquis eorum præsentium consilio requisito, pro sententia teneatur. Nos igitur attendentes quod consuetudo quæ canonice obviat institutis, nullius de-beat esse momenti, cùm sententia à non suo judice lata nullam obtineat firmita-tem, ut in causis ecclesiasticis subiecto-rum tuorum, postquam tibi de meritis earum constititerit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis, au-toritate tibi præsentum, præmissa con-suetudine non obstante, concedimus fa-cultatem. Nulli ergo &c. Datum Latera-ni XII. Kalendas Martij.

PATAVIENSI EPISCOPO.

**S**icut ex parte tua nostro fuit apo-stolati reseratum, prædecessores nostri felicis recordationis Clemens & Celestinus & devotionem tuam & gen-tilis tibi subiectæ duritiam attendentes, ut absolvere ac judicare posses incen-diarios in tua diocesti constitutos fra-ternitati tuae de benignitate sedis apo-stolicæ indulserunt. Nos igitur tibi, quem inter fratres & coëpiscopos no-stros sincera diligimus in Domino ca-ritate, abundantiorem deferre volentes honorem, & illud nihilominus atten-dentes, quod ex hoc vita hominum fa-cilius corrigatur, ad exemplar eorum-pedem prædecessorum nostrorum pote-statem incendiarios tuæ dioecesis absolvendi devotioni tuæ auctoritate præ-sentium indulgemus; nisi fortè tantus sit aliquorum excessus, ut eos oporteat ad sedem apostolicam destinari. Nulli ergo &c. Datum Laterani XI. Kal. Martij.

Epist. 572.  
Datut illi por-  
tas absolvendi  
incendiarios  
In margine epi-  
stola 23. remis-  
sus lettorem ad  
epist. 572. Sed  
erratum est in  
numero. Vide  
epist. 577.

HENRICO DIAONO.

**C**um inter te & Albertum Cleri-cum de Tetingin super Ecclesia litigiosam co-fert, adversa-tioque silentiu-imponit,

Epist. 573.  
Ipse Ecclesia  
litigiosam co-  
fert, adversa-  
tioque silentiu-  
imponit.